

Cl. 166. 4

Ve  
405

# ELECTOR SAXONIAE IVRIS SAXONICI DEFENSOR



EXERCITATIO

QVAM

ILLVSTRIS IVRIS CONSVLTORVM ORDINIS  
AVCTORITATE

P R A E S I D E

## D. CHRISTIANO RAV

SUPREMAE CVRIAIE PROVINCIALIS ASSESSORE ET IVRIS PROFESSORE  
PVBLICO EXTRAORDINARIO

A. D. VII. IVLII A. C. CIOCCCLXXXV.

H. L. Q. C.

D E F E N D E T

## H E N R I C V S B L V M N E R

LIPSIENSIS

PHILOSOPHIAE ET BONARVM ARTIVM MAGISTER

LIPSIAE

EX OFFICINA KLABARTHIA.

X2400176







Q. D. B. V.

**I**nter eminentiores praerogatiwas, quibus Dux Saxonie  
Sacri Romani Imperii Elector gaudet, Iuris Publici inter-  
pretes haud immerito etiam tutelam atque defensionem Iuris  
Saxonici referre solent, et obseruant simul, Principes illos  
Saxonie, qui Electoratum tenuerunt, reliquis honorum et  
potentiae suae titulis nonnunquam et hunc adnumerare haud  
deditigatos esse, quo Iuris Saxonici interpretes audiunt, sum-  
mi defensores atque custodes. Adeo praecipuum quoddam  
Electorum Saxonie ius leges ferendi e supra haec Iuris Sa-  
xonici tutela repetendum **CAR. FERDIN. HOMMELIUS<sup>a)</sup>**  
statuit. Mentionem eius rei fecerunt multi Iuris Consulti,  
inter eosque nominatim **HEIGIVS, RAVCHBARVS, AL-**  
**A 2**  
**BINVS,**

a) in Disl. *Elector Augustus Saxonie Legislator* §. 5. pag. 7.

BINVS, ARVMAEVVS, FREHERVS, KNICHENIVS,  
 CARPZOVIVS atque ZIEGLERVVS, quos iam partim  
 LVDOVICVS PETRVS GIOVANNI<sup>b)</sup> siue potius  
 ALVDEWIG, partim MICHAEL HENRICVS GRIEB-  
 NERVs<sup>c)</sup> laudauerunt; at nemo tamen haec tenus, quae et-  
 iam iusta fuit GRIEBNERI querela, argumentum hoc,  
 quemadmodum dignitas eius atque praestantia exposcere vi-  
 debantur, persecutus est. Nam etsi CAROLVS GVLIEL-  
 MVS Nobilis Dominus a GAERTNER<sup>d)</sup> attulit nonnulla,  
 quibus materiam hanc illustrari vellet, in iis tamen non sol-  
 lum ita versatus est, ut rem tetigisse magis, quam de indu-  
 stria tractasse videretur, sed tradidit etiam insuper varia pas-  
 sim, quae nunc quidem, posteaquam Germanici Iuris disci-  
 plina diligentius coli eruditissimorum virorum studiis coepit,  
 haud facile cuiquam persuaserit, nisi ei, quem horum Iuris  
 Consultorum in explicandis maiorum nostrorum consuetudi-  
 nibus conatus laudabiles sane et prorsus praeciali penitus  
 praetereunt. Itaque protecto operam haud inutiliter collo-  
 casse existimandi erimus, cum arguento huic, quod non  
 vulgare ac tritum et ad nauseam usque disputatum, sed gra-  
 ve omnino et peculiari disquisitione dignum visum est, de-  
 nudo exponendo diligentiae nonnihil atque laboris impendere  
 in animum induxerimus. In hoc autem negotio suscipiendo  
 cum id potissimum nobis impositum videatur, ut non solum  
 exemplis ostendamus, Electores Saxoniae Iuris Saxonici de-  
 fensores atque patronos extigisse, sed etiam in genuinam hu-  
 ius tutelae caussam inquiramus, vtrumque, quantum fieri  
 poterit,

b) in Germania Principe Lib. III. cap. 4 §. 36 not. s.) pag. 187. edit. Hal: de no. 1711.

c) in Diff. de terris Iuris Saxonici §. 26. not. f.) in opusculis Iuris Pu-

blici, quae Halae 1722. in 4. pro- dierunt Tom. II. Sect. III. pag. 61.

d) in progr. de praefidio ad tutu- mine turi Saxonico praefito, Lips. 1727. 4.

poterit, et quantum angusti, quos nobis posuimus, scriptio-  
nis limites permittent, in praesenti aggrediamur.

## I.

*Studium Saxonum in conseruandis iuribus suis.* GAERTNERVS  
notatus.

Ac primum quidem, vt totam rem ab initio repetamus, satis constat, Saxonum semper hanc veluti propriam laudem fuisse, vt quemadmodum inter veteres Germaniae populos libertatis amantiores essent, ita potissimum patrii iuris et consuetudinum semel receptrarum tenaciores peregrinis legibus nunquam se perdomari sinerent, sed potius *autovolutav* ab origine gentis quae sitam omni tempore integrum sibi atque illibatam conseruare studerent. Huius in patrias leges amoris et conseruandi domesticos mores studii manifestum documentum statim in eo deprehendere licet, quod post cruentum per triginta et trium annorum seriem, vt EGINHARDVS <sup>e)</sup> auctor est, cum CAROLO M. gestum bellum, cum tandem vietricibus Francorum armis cedere et Regis imperium in se agnoscere coacti essent, inter conditiones pacis Salzae Anno DCCCIII. sancitae etiam hanc obtinere anni si sunt, atque vere etiam impetrarunt, vt saluam retinerent autonomiam, suisque legibus viuere possent, neque immerito Poetae Anonymo Saxoni <sup>f)</sup> canere licereret:

*Tum sub iudicibus, quos Rex imponeret ipsis,  
legatisque suis permitti legibus vti  
Saxones patriis et libertatis honore.*

A 3

Hanc

e) *in vita Caroli M. Imp. cap. 7. rer. Brunsvicensi. Tom. I. pag. 153.*

f) *in Annalib. Caroli M. ad an. 803. ap. LEIBNITIVM in Scriptor. Francicar. Tom. II.*

Hanc domesticis suis legibus viuendi facultatem se saluam atque illasam seruare velle, oportuit adeo nonnunquam Imperatores ac Reges Germanos ipsis spondere. Nam HENRICVM II. quidem post OTTONIS III. obitum ad imperium vocatum, quamuis sanguine Saxonem, tamen Bernhardus Dux reliquique Saxoniae Príncipes atque Primates non prius nec alia lege, vt DITMARAS MERSEBURGENSIS<sup>g)</sup> resert, regem sibi constituerunt, quam solemni iuris iurandi formula promisisset, se legem ipsorum non in aliquo corrumpere, sed vita comite clementer in omnibus adimplere velle. CONRADVM SALICVM autem HENRICI Sancti in Imperio successorem eodem pacto, ac antecessorem ad relinquenda Saxonibus sua iura integra adstrictum esse WIPPO<sup>h)</sup> testatur, cum dicit: et reuersus Rex de Ripuariis ad Saxoniam venit, ibi legem crudelissimam Saxonum secundum voluntatem eorum constanti auctoritate roborauit. Et cum sub HENRICI IV. imperio Saxonia bello ciuili arderet, cuius causas EX LAMBERTO SCHAFFNABVRGENSE<sup>i)</sup> et BRVNONE<sup>k)</sup> IO. IAC. MASCIVVS<sup>j)</sup> commemo- rauit, resque eo demum deuenisset, vt Rex Saxonibus, quorum numerus copiis illius duplo maior esset, resistere non valens legatos de pace mitteret, Saxones non solum tum hoc postularunt, vt genti Saxonicae sua libertas cum legibus moribusque priscis integra maneret, sed etiam deinceps turbis alio tempore recrudescientibus et bello a Saxonibus redintegrato Vdo Hildesheimensis Episcopus, qui eos Imperatori con-

g) in Chronic. Lib. V. pag. 365.  
ap. LEIBNITIVM c. I. Tom. I.

h) in vita Conradi Salici II. ap.  
PISTORIVM in Scriptor. rer. Ger-

man. Tom. III.

i) in Chronic. histor. ad an. 1073. ap.  
PISTORIVM c. I. Tom. I.

k) in histor. belli Saxonici ap.  
FREHERVM in Scriptor. rer. Germ.  
Tom. I.

l) in Comment. de reb. imperii sub.  
Henrico IV. Lib. I. XV. pag. 20.

conciliare nitebatur, ab eo iusurandum accepit, antiqua se  
 gentis iura sancte seruaturum. Admodum clare hoc probat  
 locus ANNALISTAE SAXONIS<sup>m)</sup> ad an. 1085. a M A-  
 SCOVIO<sup>n)</sup> adductus, cuius verba ita sonant: *Vdo ut Sa-  
 xones sollicitandi ad Hermannum Regem deferendum peroratus  
 mediator esse posset, sacramentum ab Henrico accepit, quod si Sa-  
 xones ad eum conuerterentur, eumque paterno uti regno paterentur  
 nunquam ius huiusmodi ipse eis infringeret, quod a tempore expu-  
 gnatoris eorum Caroli aptissimum honestissimumque habuerant, vt  
 si quisquam suorum cum aliquo de Saxonibus contra legem ageret,  
 ipse a die sibi factae proclamationis, infra sex septimanas digna illa  
 emendatione componeret. Iurauerunt quoque alii eius Prima-  
 tes et Episcopi, vt, si Henricus hoc statutum unquam postponeret,  
 ipsi nullum sibi supplementum contra Saxoniam esset. Obseruavit  
 haec iam G A E R T N E R V S,<sup>o)</sup> qui nec in congrue exemplum  
 studii, quo maiores nostri in conseruationem iuris sui ferri  
 solebant, in eo sibi reperisse visus est, quod Epko a Repkau  
 e legibus illis Saxonum vetustis atque aliis consuetudinibus  
 tum visitatis compilationem Iuris sub Speculi Saxonici et Iuris  
 Feudalis Saxonici nomine fecit, quam iure meritoque verum  
 Iuris Saxonici propugnaculum et fontem Iuris Saxonici com-  
 munis cum G O T T L. E V C H A R. R I N K I O,<sup>p)</sup> qui hoc  
 pluribus probauit, dixeris. Verum tamen liceat nobis hac  
 occasione animaduertere, G A E R T N E R V M in eo vehemen-  
 ter a vero aberrasse, quando sibi persuaserit, Pontificem Ma-  
 ximum non tam G R E G O R I V M XI. VII H E R M A N N V S  
 C O N R I N G I V S<sup>q)</sup> opinatus est, quam potius G R E G O-*

R I V M

<sup>m)</sup> ap. ECCARDVM in Script. rer. Germ. Tom I.

<sup>p)</sup> in Diff. de speculo Saxonico fon-  
re Iuris Saxonici communis Altorf.  
n) in Comment. de reb. imp. sub  
Henrico IV. Lib. II. XXIII. pag. 97.

1718. 4.

o) c. k.

<sup>q)</sup> de Origin. Iur. Germ. cap. 36.  
pag. 189.



RIVM IX. quod meliori iure G R Y P H I A N D R U M<sup>r)</sup> defen-  
dere ait, reprobando XVI. huius Codicis articulos omne  
Ius Saxonum exterminare conatum esse, ipsumque Concilium  
Basileense deinde huius Saxonici Speculi XXII. articulos  
tamquam damnados improbase. Nam primum quidem  
neutriquam Gregorium IX. sed potius XI. huius nominis  
Pontificem Maximum illius reprobationis auctorem fuisse,  
IO. G E O R G. S I L B E R A T H I V S.<sup>s)</sup> qui rationes pro vtra-  
que tam G R Y P H I A N D R I quam C O N R I N G I I sententia  
militantes collegit, nec non C H R I S T. L V D O V. S C H E I-  
D I V S<sup>t)</sup> demonstrarunt, argumentis potissimum deprom-  
tis e subscriptione partim ipsius Bullae Pontificiae, qua re-  
probati sunt illi articuli, partim litterarum a Gregorio XI.  
ad Imperatorem C A R O L U M IV. missarum, quemadmodum  
vtrumque hoc documentum apud M E L C H. G O L D A-  
S T V M<sup>u)</sup> et R A Y N A L D V M<sup>v)</sup> occurrit. Quae subscrip-  
tio cum ita se habeat: *Datum Auenione-Pontificatus nostri Anno*  
*III. eo autem tempore, quo Gregorius IX. cathedrae Ro-*  
*manae praefuit, id quod ab anno 1227. vsque ad annum*  
*1241. contigit, nondum pontificiae sedis translatio Auenio-*  
*nem facta esset, quippe quam demum electus ao. 1305. Pon-*  
*tifex*

r) de Weichbild. Saxon. cap. 47.  
num. 6.

s) ad IO. GOTTL. HEINECII  
Hist. Iur. Germ. Lib. II. cap. 3. §.  
79. pag. 951. seq.

t) in der Untersuchung: ob das all-  
gemeine Vorgeben, dass der Sachsen-  
Spiegel auf der allgemeinen Kirchenver-  
fassung zu Basel als keizerlich ver-  
dammt worden sey, Grund habe, oder  
nicht? mit beygefügten Nachrichten,  
wie dessen Verdammung an dem Hofe  
Pabsts Gregorii XI. durch einen aus

bießigen Landen gebürtigen Augustiner-  
Mönchen des Namens IOHANNES  
CLENCKOCK, veranlaßter worden,  
§. 3 in den Hannöverischen Gelehrten  
Anzeigen vom Jahre 1753. pag. 84—86.  
et in Viri Illustris AVG. FRID.  
SCHOTTI Iuristischen Wochenblatte  
im II. Jäbrg. Num. XXI. pag. 568.

u) in Collectione consuetudinum et  
Legum Imperialium, in Prolegomenis.

v) in Continuacione Annalium Ec-  
clesiasticorum BARONII ad A. 1374.  
N. 12. \*

tifex Maximus CLEMENS V. suscepit, nec cum fuerit CAROLVS Romanorum Imperator, contra vero GREGORII XI. aetate CAROLVS IV. imperauerit, profecto nihil certius est, quam hoc, illam Gregorii Pontificis cum CAROLO Imperatore in causa Speculi Saxonici coniunctionem alium, quam GREGORIVM XI. qui ab anno 1371. vsque ad annum 1378. Pontificatum Romanum tenuit, designare haud posse. Deinde Concilium Basileense, quod Pontifex EVGENIVS IV. habuit, plane non damnavit XXII. Speculi Saxonici articulos, nec Bulla GREGORII XI. vniuersum Speculum Saxonicum ita exterminatum est, vt, quemadmodum CONRINGIVS,<sup>w)</sup> GAERTNERVS<sup>x)</sup> atque ipse SILBERRADIVS<sup>y)</sup> comminiscuntur, fidelibus illud legere, et iudicibus secundum id pronunciare interdictum fuerit. Nam sicuti historia huius Concilii, quatenus typis haec tenus exscripta est, de damnatione illa prorsus filet, ita nec in rerum gestarum monumentis ullum totius reprobati Speculi Saxonici vestigium occurrit, et merito utramque hanc assertionem, qui ex instituto ea de re differuit, SCHEIDIUS<sup>z)</sup> confutauit, cuius opinionem recte etiam Perillustris atque Generosissimus Dominus IOH. HENR. CHRIST. A SELCHOW<sup>a)</sup> amplexus est. Plures enim, quam XIV. articuli, nusquam haec tenus publica constitutione damnati comprehenduntur. Hos namque articulos modo dictus Pontifex reprobavit commotus in primis auctoritate libri a IOHANNE ACLENCKOK e Saxonia oriundo Provinciali ordinis fra-

w) de origin. Iur. Germ. cap. 31.  
pag. 144.

x) in der Vorrede zum Sachsenspiel.  
gel §. 14.

y) c. l. pag. 961.

z) c. l. §. 6. et 14.

a) in der Geschichte der in Teutschland geltenden fremden und einheimischen Rechte, IV. Th. I. Cap. II. Per. III. Abschn. §. 294. S. 308.

fratrum eremitarum S. Augustini in Saxonia et Thuringia<sup>b)</sup> sub titulo: *Decadicton contra errores XXI. Speculi Saxonici*; quo is errores, vt sibi videbantur, speculi huius enarrauerat, scripti, et Auenionem, per Petrum de Vernio, cui opus hoc obrulerat, ad aulam Pontificiam delati, quem librum postea e Codice Manuscripto Hannoverano **S C H E I D I V S<sup>c)</sup>** edidit. Sed vt redeamus, vnde digressi sumus, cum ex iis, quae ha-  
ctenus disputauimus, manifesto appareat, iam maiores no-  
stros tanto studio leges suas atque domesticos mores fo-  
vere ac tueri solitos esse, quid mirum, inter ipsos Principes  
atque Electores Saxoniae omni tempore extitisse, qui Iuri  
Saxonico conservando suique populi institutis sancte retinendis  
vehementer intenti reperirentur. Verum liceat nobis  
illam ipsam rem allatis exemplis paullo diligentius demon-  
strare.

## II.

*Exempla Imperatorum Iuri Saxonico patrocinantium.*

Inter ipsos nempe Imperatores adeo deprehendimus nonnullos, qui Iuri Saxonico praefidium exhibere haud gravi sunt. Fuerunt enim, qui iam **O T T O N E M M A G N U M** in conuentu Ordinum ad Stehlam in Westphalia conuocato personam defensoris Iuris Saxonici praeclare sustinuisse statuerent, propterea quod **S P A N G E N B E R G I V S<sup>d)</sup>** annotavit, in maxima illa-contentione, quae tum, **V T W I T T E C H I N-**

DVS

**b)** vid. das Schreiben des Raths zu Magdeburg an den Rath zu Göttingen,

p. III. seqq. nec non **S C H E I D I V S** Ver-  
redc pag. 41. seqq.

in **I. C. K L A P R O T H S Samml. iuri-  
fisch-philosophischer und crisiſcher  
Abhandl. P. V.** (Bremen 1757. 8.)

c) in Biblioth. Histor. Göttingensi,  
pag. 63. seg.

d) in **C h r o n i c . S a x o n .** cap. 119.

DVS CORBEIENSIS<sup>e</sup>) narrat, de legum varietate  
orta erat, illum Principem leges Saxonum recensuisse ac con-  
firmasse solemniter. Saltem HOMMELIVS<sup>f</sup>) id afferere  
haud dubitauit. Enim vero obseruauit iam HERM. CON-  
RINGIVS<sup>g</sup>) in antiquis monumentis haud temere legi  
Stehlae aliud quid circa leges actum fuisse, praeter illud,  
quod WITTECHINDVS c. l. de auctoritate iuris repre-  
sentationis in successione collateralium ab OTTONE MA-  
GNO constituta et ex more illius aevi per pugnam singula-  
rem stabilita memoriae prodidit, cuius rei et SIGEBER-  
TVS GEMBLACENSIS<sup>h</sup>) ad annum 942. nec non Au-  
tor magni Chronicli Belgici<sup>i</sup>) meminerunt. At quoniam  
tamen WITTECHINDVS alio loco simul scripsit: *Vsque*  
*hodie gens Saxonica triformi genere ac lege praeter conditionem*  
*seruilem diuiditur, atque paullo post subiunxit: de legum vero*  
*varietate nostrum non est in hoc libello differere, cum apud plures*  
*inueniatur Lex Saxonica diligenter descripta, ideoque his qui-*  
*dem verbis legum varietatem tum obtinentem haud inficia-*  
*tus est, CONRINGIVS inde argumentum duxit, vero*  
*simile fieri, non tam ipsius OTTONIS M. quam potius*  
*aliorum opera illius Principis tempore Leges Saxonicas au-*  
*etas esse atque locupletatas, licet, quicquid eius fuerit, ad nos*  
*vsque non sit perlatum. Non iam vacat in huius assertionis*  
*veritatem inquirere, cum nihil certi videatur dici posse. Il-*  
*lud autem omnino expeditum videtur, OTTONE M.*

B 2

si

e) in Annal. Lib. II. pag. 64. ap;  
MEIBOMIVM in Scriptor. rer. Ger-  
man. Tom. I.

f) in Diff. August. Elect. Saxon.  
Legislator §. 5.

g) de Orig. Iur. Germ. cap. 19.  
pag. 40. edit. Helmst. de 10. 1649.

h) ap. PISTORIVM in Scriptor.  
rer. Germ. Tom. I. pag. 380.

i) ap. PISTORIVM c. l. Tom. III.  
pag. 78. cf. etiam FRANC. MOT-  
MANNVS de controveneria successionis  
regiae inter patrum et frariss prae-  
mortui filium 1581. 8. et in Oper.  
Tom. III pag. 146. scq.

12

---

si vel maxime statuas, iura Saxonum sub examen vocari ius-  
sisse atque confirmasse, tamen, quia res in Comitiis acta est,  
Imperatoris potius hic, quam Ducis Saxoniae personam ges-  
sisse. Certe qui secus senserunt, et in hoc exemplo vestigium  
defensionis atque tutelae a Duce Saxoniae Iuri Saxonico prae-  
stite deprehendi voluerunt, hanc opinionem haec tenus non-  
dum satis probauerunt. Atque sic etiam HENRICVS AV-  
CEPS, quem WITTECHINDVS CORBEIENSIS<sup>k)</sup>  
DIT MARVS MERSEBURGENSIS<sup>l)</sup> et GOBELINVS  
PERSONA<sup>m)</sup> testantur, populo suo maiorum institutis  
seruandis ac novis introducendis prospexit, et multi aucto-  
rem iuris, quod in rebus expeditoriis hodie adhuc per Sa-  
xoniam viget, licet non satis accurate, habent, cum iam TAC-  
ITVS<sup>n)</sup> non obscuram suppellectilis huius militaris men-  
tionem faciat, non aliam hic, quam Regis Germanorum,  
neutiquam vero solius Ducis Saxoniae, e qua domo genus  
ducebat, personam sustinuisse videtur. Vnde etiam GAERT-  
NERVS<sup>o)</sup> recte hunc Principem eorum numero habuit,  
qui e Saxonica stirpe orti ad Germaniae imperium postea  
acciti et Reges facti gentis sua proprias leges conseruare  
augere et promouere studuerunt.

### III.

*Exempla a GAERTNERO collata non probant, Electores Saxonias  
Iuri Saxonico patrocinium praestitisse.*

Quod autem Duces atque Electores Saxoniae potissimum  
attinet, nec inter hos defuerunt, qui nullo non tempore,  
vbi

k) Lib. I. Annal. p. 634. 637. 639.  
et Lib. II pag. 647. m) in Cosmodromo aerat. VI. cap.  
47.

l) in Chron. Lib. I. pag. 327.

n) de mor. German. cap. 32.  
o) c. l. pag. 6.

vbi necessitas exigebat, Saxonici Iuris patrocinium atque tutelam in se suscipere haud obliuiscerentur. Neque profecto quemquam morabitur L V D W I G I V S P ) qui scribit: *Caterum an fideles horum iurium custodes fuerint Saxones?* aliorum iudicia junto. Id constat, eos a veteri iure Saxonico in plerisque ad ciuilia Romanorum iura transisse. Habemus enim omnino testimonia haud obscura, quae contrarium euincant, et L V D W I G I I assertionem palam euertant, atque sine villa dubitatione vehementer se aliosque fecellerit, qui virum caeteroquin de litteris insigniter meritum suaque laude plane non defraudandum hac in re vera dixisse putaret. Non iam provocabo ad exemplum, quod G A E R T N E R V S <sup>q)</sup> S C H I L T E R V M <sup>r)</sup> secutus sibi reperisse visus est in Reformationis libello, quem ad F R I D E R I C V M III. Imperatorem relatum et in Comitiis Moguntinis Ao. 1441. a Saxone propositum esse scriptis, cuius articulus VII. vti apud M E L C H I O R E M G O L D A S T V M <sup>s)</sup> prostat, diserte Iuris Romani receptioni resistit his quidem verbis: *Alle kayserliche Rechte, so bisher im heiligen Römischen Reiche, Teutſcher Nation gebraucht und dafür gehalten seynd, sollen alle todt und abseyn.* Vehementer enim suspecta est huius Reformationis libelli fides, et ipse G O L D A S T V S, quando in der Anzeigung, woher diese Reichs-Satzungen genommen seynd l. c. pag. 312. ab initio contendit, hanc Reformationem non factam, sed a Caesarea Maiestate in Comitiis Ordinibus propositam esse; mox tamen aliquot saltem lineis interiectis constanter asserit, eam neque ab Imperatore neque eo iubente, sed ab urbibus Imperii in Comitiis specialibus (*Städte Tagen*) factam et postea in Comitiis uni-

B 3

ver-

p) c. I.

q) c. I. pag. 12.

r) in Diss. de investitura simultanea Principum Imperii Cap. V. §. 2.

s) in den Reichs-Satzungen P. I.

pag. 166.

versalibus a Senatu Ciuitatum Imperatori ad consultandum deliberandumque oblatam esse, manifesto prodit, se plane ea in re titubare sibique tam parum constare, ut ex verbis eius nihil certi colligi possit. Deinde quos magno numero laudauit **SILBERRADIVS**<sup>t)</sup> scriptores de hac Reformatione disputationes, iij in tam diuersa abeunt, vt quidam eorum legem quidem Imperii appellant, sed vsu non seruatam, alii hanc in Comitiis propositam quidem, nec tamen perlatam, et rursus alii ne propositam quidem dicant. Est adeo, quii hanc Reformationem peculiari dissertatione aggressus **I O H. REINHARDVS KVGLERVVS**<sup>u)</sup> ostenderit, eam nullam publici scripti fidem mereri, neque legem Imperii videri, neque a **FRIDERICO III.** aut a Principibus, aut a Ciuitatibus Imperii in Comitiis propositam, sed potius tantum priuati cuiusdam opus esse, quod nunquam publicam approbationem sit factum, nec ullum vnuquam Iuris effectum habuerit. Vnde profecto mirandum est, **I O H. D A V. KOEHLERVM**<sup>v)</sup> virum caeteroquin de historia Imperii meritissimum potuisse hanc Reformationem, atque potissimum eum, qui in illa continetur, de Doctoribus Iuris articulum pro saluberrima **FRIDERICI III.** constitutione venditare, et merito eum ideo **FRANC. DOMIN. HAEBERLINVS**<sup>w)</sup> notauit. Et si vel maxime statuere velles, huius Reformationis fidem extra omnem dubitationem positam, eamque vere legem Imperii esse, id quod tamen prorsus falsum foret, vnde

GAERT-

t) ad **HEINECII Histor. Iur. Germ. Lib. II. cap. 4. §. 100. lit. a)** pag. 1042. seq.

u) in **Vindiciis Historico-Iuridicis Iuris Romani et Ictorum in Germania contra Reformationem de anno 1441. FRIDERICO III. adscribi solitam**

(Argentorati 1748.) Praefide **IO. MARTIN SILBERRADIO** defensis.  
v) in der Reichs-Historie p. m. 387.  
w) in der allgemeinen Weltgeschichte neue Histor. Tom. VI. (Hal. 1770. 8.) pag. 104. cf. etiam Illustr. IO. CAR. HENR. DREYERVS in den Nebenstunden pag. 155.

GAERTNERVS nouit, eam potissimum a Saxone propos-  
tam, illiusque articulum VII. habuisse vim publicae contra-  
dictionis, quae hoc saltem efficeret, vt Principes Saxoniae  
*autovolutav* suam confirmarent? Sola auctoritate SCHILTERI,  
cui testimonium denunciauit, res illa profecto non conficitur.  
Opus potius foret testimoniis ex ipsa historia temporum  
FRIDERICI III. Imperatoris petitis, si demonstrari de-  
beret, Saxoniae Electoris in proponendo hoc Reformationis  
libello potiores partes fuissent, eumque hoc modo patrium  
ius tueri, atque potestati Principum Saxoniae proprias leges  
condendi prospicere voluisse. Nec utar exemplo, quod  
GAERTNERVS e protestatione in Recessu Imperii Wormatiensi de ao. 1521. obvia arcessiuit, quam dicit Electorem  
atque Duces Saxoniae aduersus constitutionem a CAROLO V.  
Imperatore de fratrum filiis cum fratribus ad successionem  
patrui iure representationis admittendis ad mentem Iuris  
Justiniane editam interposuisse; quod Iuri Saxonico contra-  
ria fuerit. Quem enim sententiae suae firmandae causa lau-  
dat IOH. SCHNEIDEWIN V<sup>m</sup>,<sup>x)</sup> is haud dubie veram  
rationem huius protestationis non peruidit, cum dicit: *Et*  
*notandum, quod licet Imperator Carolus V. anno 1521. in conuentu*  
*Norimbergensi fecit constitutionem, ut, non obstante aliqua consue-  
tudine loci, filii fratris praedefuncti debeant admitti ad successio-  
nem patrui cum defuncti fratribus in stirpem: tamen Elektor et*  
*Duces Saxoniae contra hanc constitutionem sunt protestati, nec eam*  
*recepierunt, neque secundum eam in terris Ducum Saxoniae pronun-  
ciatur, sed seruatur dispositio Iuris Saxonici, cum sit ius scri-  
ptum, et quasi singulare priuilegium huius prouinciae.* Observauit potius CHRIST. GODOFRED. HOFFMANN V<sup>y</sup>)  
iam

x) in Comment. ad Insti. Lib. III. Tit. I. §. 14.

y) in Diff. de Ioachimi I. Elector. Brandenb. Confir. de success. pag. 92.

~~~~~

iam ab HEINECCIO<sup>a)</sup> laudatus, assertionem hanc, vt ut  
 SAM. STRYCKIO,<sup>a)</sup> IOH. GOTTFR. SCHAVMBVR-  
 GIO,<sup>b)</sup> CHRIST. THOMASIO,<sup>c)</sup> LVDER. MENKE-  
 NIO<sup>d)</sup> atque IOHANN. PHILIPPI<sup>e)</sup> probatam, qui  
 eam absque vteriori disquisitione amplexi sunt, solido funda-  
 mento prorsus destitutam esse. Neque enim Elector Saxo-  
 niae Fridericus Sapiens in Comitiis Wormatiensibus, sed po-  
 tius Georgius Dux Saxoniae protestationem aliquam interpo-  
 sit, neque illa protestatio ad receptionem iuris repreaes-  
 tationis in linea collaterali pertinuit, sed propter aliam plane  
 causam interposita fuit. Nam verba quidem protestationis  
 in §: 40. Recessus Wormatiensis,<sup>f)</sup> quae SCHNEIDEWI-  
 NVS, et hunc qui sequuntur, in rem suam vertunt, nihil  
 plane de iure repreaesentationis in se continent. Ea vero sic  
 habent: *Doch hat unser Oheim, Herzog Friedrich von Bayern,*  
*desgleichen unser Oheim, Herzog Georg von Sachsen mit öffent-  
 licher Protestation vor Vns, Churfürsten, Fürsten und Ständen  
 nicht anders in dis nachfolgende Einschreiben der Fürstlichen Per-  
 sonen und sonst bewilligen wollen, dann ihnen ihren Vetttern, und  
 beyden Häusern Bayern und Sachsen an ihrer Session, alten Her-  
 kommenen und Gebräuchen unabbrüchig und unbegeben.* Nec in  
 Edicto successorio Norimbergensi, quod sanctionem de re-  
 cipiendo in Germania repreaesentationis iure in Comitiis Wormatiensibus factam repetuit, et obseruari denuo iussit, illius  
 prote-

z) in Histor. Iur. Germ. Lib. II.  
 cap. 4. §. 107. \* pag. 1053.

a) in usu moderni. π. ad tit. de suis

et legizim. hered. §. 6.

b) in der Einleitung zum Sächsi-  
 schen Rechte Tom. I. Exercit. II. §. 26.

c) ad Instit. pag. 206.

d) in System. Iur. Ciuil. sec. π.  
 pag. 186.

e) in Vsu practico Instit. Lib. III.  
 Tit. II. Eclog. 17.

f) in der neuen und vollständigeren  
 Sammlung der Reichs-Altschiede, quae  
 Frankofurthi ad Moenum in IV.  
 Tom. in Fol. prodit, Tam. II. pag.  
 208.

protestationis a Georgio Duce Saxoniae interpositae mentio iniecta est, aut Saxones propter eam ab obligatione legis communis immunes declarati sunt; id quod tamen procul dubio oporteret factum esse, si protestatio illa contra receptionem Iuris repraesentationis directa fuisset. Haud dubie etiam protestatio haec, si de iure repraesentationis intelligi deberet, statim §. 19. in qua iuris huius regula definitur, adnexa, neutiquam vero demum sub finem totius Recessus posita fuisset. Et si protestatio haec ad ius repraesentationis pertinuit, quid quaeso ea ad Fridericum Ducem Bauariae, quem quoque protestatum ibi legimus? Ut taceam nullum historiarum scriptorem fide dignum testari, protestationem propter ius repraesentationis factam esse. Constat potius ex historiarum monumentis, contentionem inter Saxoniae et Bauariae Duces de loci honore in conuentibus Imperii antea iam agitatam, cuius primordia 10 H. 10 ACH. MÜLLERVS<sup>g)</sup> et ZWANZIG<sup>h)</sup> narrarunt, atque in ipsis Comitiis Wormatiensibus 10 CIOCIXXI. habitis denuo resuscitatam huic protestationi causam dedisse. Hac enim controversia nec dum decisa, cum comitialia negotia iam sic finita essent, ut Recessui nihil praeter subscriptionem Ordinum Imperii deesset, Duces modo laudati inter se litigantes, veriti, ne, si absque protestatione Recessum subscripsissent, forte alterutra pars hunc subscriptionis actum in suum commodum interpretaretur, et ad ius suum praeceundi demonstrandum in posterum traheret, id haud aliter effecerunt, quam ut mutua protestatione ac sponsione sibi cauerent, se ea tantum

g) im Reichs - Tags - Theatro sub eis ad an. 1498. pag. 53. a 10. SE. Friderico V. Part. VI. cap. XX. §. 8. BAST. MÜLLERO editis.

et im Reichs - Tags - Theatro sub Maximiliano I. Part. II. cap. L. pag. 486. et 487. nec non in Annalibus Saxonici-

h) in Theatro praecedens. Part. II. Tit. 15.

~~~~~

tum conditione Recessui subscripsisse, vt salua manerent iura, quae cuilibet eorum in sedendi ordine competerent, neque fortassis alter suo praecedendi iuri ita renunciasse censeretur. Expresso hoc declarant verba Deductionis, quam pro defendendo iure praecedentiae praeDucibus Bauariae elaborari iussit domus Saxonica apud MÜLLERVM,<sup>i)</sup> quae ita sonant: Hernacher aber 1521. ist bey dem nochst obermeldten Reichs Tage do Herzog Georg und Herzog Hans zu Sachsen so vielen Herzogen in Bayern vorgegangen und vorgesessen, in dem Abschied eine ausdrückliche Protestation angehenkt, dass die Subscription desselben Reichs Tages beeden Häusern Bayern und Sachsen an ihrer Session, alten Herkommen und Gebräuchen unabbrüchig seyn solle. Quo quidem in loco, vt et in ipsius Recessus Wormatiensis §. 40. voces *Herkommen und Gebräuche* plane non Iura Saxonica Prouincialia denotant, quam vim illis tribuerunt, qui protestationem contra introductionem iuris repraesentationis in linea collateralı factam esse arbitrantur, sed ideo potius adhibitae videntur, quod Duces Saxoniae atque Bauariae fundamentum litis decidenda in longinquo vsu et antiqua consuetudine ponerent. Id quod etiam confirmat §. 37. Recessus Imperii Spirensis de ao 1515XXIX. vbi vox *Gebräuchen* eodem sensu, quo hic occurrit, usurpata est. Quae cum ita sint, protestatio illa haud dubie nec poterit documentum praebere patrocinii, quo Electores Saxoniae Ius Saxonicum fouverunt, sed opus erit aliis longe exemplis ad eam rem demonstrandam magis accommodatis, quorum quidem vnum alterumue in praesenti operae pretium erit adponere.

## IV.

i) im Reichs - Tags Theatro sub Maximiliano I. Parte IV. cap. XI.  
pag. 169.

## IV.

*Genuina exempla defensionis ab Electoribus Saxonie Iuri  
Saxonico praefitae.*

Eiusmodi autem exemplum statim deprehendimus in eo, quod Georgius Dux Saxonie et paulo post ipse Augustus Elector Saxonie dispositionem Iuris Saxonici,<sup>a)</sup> *Je näher dem Sipp, je naher dem Erbe,* quae ius repraesentationis in successione collateralium ab intestato aperte improbat, et remotiores agnatos proximioribus cedere iubet, constantissime retinuerunt. Nam et si, ut modo obseruauimus, adversus Recessus Imperii Wormatiensis atque Edicti Norimbergensis sanctionem de fratrum filiis cum fratribus ad successionem patrui iure repraesentationis admittendis ad mentem Iuris Iustiniane a CAROLO V. Imperatore factam haud protestati sunt, aut certe hactenus illa protestatio, quae encnnullorum sententia interposita dicitur, nondum probata est, tamen certum habetur, illos eam Constitutionem plane non recepisse, sed Iuri Saxonico mordicus inhaesisse, adeo ut expresse id confirmarent, peculiaribus insuper editis prohibentes, ne forte illud Recessus Wormatiensis atque Edicti Norimbergensis auctoritate immutaretur atque euilesceret. Rescripti a Georgio Duce<sup>b)</sup> eam in rem emissi verba, quae adiicienda putauimus, ita se habent: *Von Gots Gnaden, Georg, Herzog zu Sachsen, Landgraffe in Düringen und Margkgraffe zu Meyßen. Lieben Getreuen. Wir haben euch unlängst ein Abdruck eins kayserl. Ediccts, welchs kayserl. Majestät unser aller-*

C 2 gnedig-

<sup>a)</sup> *Ius Provinciale Saxonicum Lib. linea collateralii hetreffend, Donnerstag nach Maria Magdalena Ao. MDXXII.*  
*I. Art. III. et XVII.*

<sup>b)</sup> RESCRIPT Herzog Georgens in CODICE AVGVSTK. Tom. I.  
zu Sachsen das Ius repraesentationis in pag. 104s.

=====

gnedigster Herr der Succession oder Erbschafft halben hat ausgehen lassen, überschikt mit Befehel, dass yr in eweren gerichten soldet vorfügen, dass hinfuer auf die Felle, darinne ausgedruckt, nach vermöge desselbigen Ediſt gericht, und zu Rechte gesprochen würde. Wir befinden aber dass hierinne ein Vebesehen bescheen. Nachdem sollich Ediſt in dem letzten Artickel meldende, dass Pruder und Schwestern Kinder nuhe hinfuer mit yres abgestorben Vattern oder Mutter Pruder oder Schwestern, nach lant gemeiner beschriebener kayſerlicher Recht auch in die Stemme zu erbenn, zu gelassen werden sollen etc. den landleufftigen unsren Sechſiſchen Rechten enkegen. Derhalben wir auch: wo sichs dermaſs beſtnde, sampt unsren Unterthanen von ſolchem Ediſt ausgetzogen. Hirumb wir begern: Dass yr unangesehen dafſelbig unſer Ausſchreyben, das wir ſo dieſen Fall belanget, hiemit aufheben, unnd widdertzieken, in eweren Gerichten vorſuiget unnd darob feyt: Das es in angezeigtem Falle, wy es tzuvorn unnd eke dafſelbige Aufſchreiben aufgegangen, nach vermöge der Sechſiſchen Rechte gehalten worden, nochmals gehalten, und zu rechte gesprochen werde, unnd euch angezeigtes unſer Ausſchreyben daran nichts irren laſſen. In dem beſtiet unſere genitzliche Meynunge. Gegeben zu Dresden Donnerstagk nach Marie Magdalene Anno Dni. CCCCCXXII. Augusti autem Saxoniae Electoris constitutio, qua anno CCCCCLXXII. declarauit, ſe nolle ius repræſentationis in linea collaterali in terris suis recipi, ſed potius leges atque conſuetudines patrias hac in re puras et incontaminatas conſeruari, haec sanxit: Wir wollen aber mit dieſem Unſern Geſetze und Conſtitution das Ius repræſentationis auf Sächſiſchen Boden Unſerer Lande nicht eingeführet haben, ſondern Unſere Meinung und Gemüth iſt, dass es ſolches iuris repræſentandi auch anderer Personen und Fälle ſucceſſion halben auf Gleicheit oder Ordnung derer Graden allenthalben gesprochen und erkannt werden ſoll; wie es nach Sächſiſchen Rechten verſehen und in Unſern Landen gebräuchlich

lich und Herkommens ist. Neque profecto in Saxonie provinciis filii fratrum praemortuorum cum fratribus succedunt, nisi in Ducatu Magdeburgico et Numburgensi Episcopatu, ut SAM. STRYCKIVS<sup>m)</sup> et LÜDERVS MENKEN IVS<sup>n)</sup> ostenderunt, in quibus terris etiam si caeteroquin Saxonico iure vtantur, ius illud representationis in linea collaterali propterea locum obtinuit, quod ibi Iustiniane Iuris et Reces-sus Imperii Wormatiensis dispositio expresse recepta est. Deinde aliud eius rei exemplum licet in eo reperire, quod Elec-tor atque Duces Saxonie respuerunt ea, quae in Constitutione Criminali Imperatoris CAROLI V. Iuri Saxonico refragari intellexerant, adeo ut in Comitiis Augustae Vindelicorum Anno 1530. habitis peculiari aduersus promulgationem huius publicorum iudiciorum legis protestatione sibi prospicerent, quorum exemplum deinceps alii quoque Imperii Ordines, veluti Electores Palatinus et Brandenburgicus, nec non Ducas Iuliensis legati, quibus omnibus dispicebat, quod Nemesis illa multa ex luce communi sanxisset, quorum usum sibi obtrudi nolebant, secuti sunt interpositis protestationibus patria iura sibi referuant. Saxoniam Protestationem, cuius hoc loco in primis ratio habenda est, e Tabulario Vinariensi de an. 1530. a MÜLLERO sibi transmissam IOANNES PAULLVS KRESSIVS<sup>o)</sup> exhibet his quidem verbis: *Freytag in der Pfingst Wochen hat man angefangen in dem Aufschuss von der Hals-Gerichts Ordnung zu reden, und ist für gut anzusehen, dass ein Articul oder Rubric nach der andern würcklich fürgenommen, also was ein ieglicher von wegen seines Herrn in dem Umlesen für Gebrechlichkeit hätte, ohne weitere*

## C 3

## Frage

<sup>m)</sup> in Vsa Moderno Pandect. Lib. XXXVIII. tit. 16. §. 6.

<sup>o)</sup> in Praef. ad Commentationem in Constitutionem Criminalem Caroli V.

<sup>n)</sup> in System. Iur. Civil. secundum Imperatoris §. XL.  
¶ pag. 386.

~~~~~

Frage anzugeben. Aber wegen unsrer gnädigst und gnädigen Herren zu Sachsen ist fürgewandt, dass Ihren Chur- und Fürstlichen Gnaden mit gelegen seyn wolt, sich in die gestalte Ordnung einzulassen, und zuvörderst in die Artickeln, die sich nicht mit den Sächsischen Rechten vergleichen, dieweil darinnen in ordinariis et destissoriis (sive potius in processibus accusatoriis et inquisitio- nis, vti hoc MÜLLERVM animaduertisse KRESSIVS ipso praesente testatus est) ein ander Recht in Peinlichen Sachen verleibt (forte: beliebet) zu dem, dass die gulden Bull den Churfürsten zu Sachsen damit befreyet, auch andere Chur- und Fürsten, und ander umliegend Land darinn gehörig die sich des Sachsischen Rechtes in ihren Sachen erhohlen; so wäre dasselbige Recht beschrieben, und von den vorigen Kayfern priuilegiret, und vor dem 700. Jahren in Gebrauch gehalten, und wenn gleich etwas sollte angenommen werden, so möchte man es bei der Landschaft nicht erhalten, wie denn zuvor solches in der Volge der Enckeln wäre erfahren worden; Darum von nöthen seyn wolt, dass es im Eingang verwahret würde, damit Sächsischen Rechten in sonderlich ausgedruckten Fällen, durch die gemeine Reichs- Ordnung nichts würde genommen, dieweil der Sachenspiegel auch in etzlichen Sachen Versehung thet, als nemlich von der Gewehr, Wehrgeld und Buß, davon in der Reichs Ordnung keine Erwehnung beschee, Als aber die andern solche Protestation angehören, haben sie von ihrer Herren Freyheiten, Gewohnheiten und Statuten auch geredet, und sonderlich Pfaltz in dem ein Bedencken gehabt, dass Pfaltz mehr befreyet seyn sollte, denn andere, welches doch der Sachsen Meynung nicht gewest, dass sie mit ihrer Protestation, ein Pracht, Eminenz, sondern alle in die hohe Nothdurft suchen musten. Und obwohl die andern zum Theil die Gewohnheit der Zent-Gerichte halber haben fürgezogen, als Mayntz und Würtzburg, so ist ihnen doch solches verlegt, dieweil die Sachsen de iure scripto municipali per longos annos approbato geredt

geredt haiten, darum es keine Gleichheit, von der Gewohnuheit ad  
 ius scriptum zu argumentiren, dann obwohl mein gnädiger Herr  
 der Churfürst zu Sachsen auch Zent Gericht im Land zu Franken  
 hätten, und sonst viel Missbrauch hätten, und aus Unverstandt  
 die Gericht übel beställt, so sollte nicht ungut seyn, diese Halige-  
 richis Ordnung im Heil. Reich aufzurichten, salvo iure Saxonum.  
 Und hat des Churfürsten zu Brandenburg verordnete mit dem Sach-  
 sischen zugleich gestimmt, allein dass er wolt, dass neben den Sach-  
 sischen das Brandenburgische Recht; auch ausgezogen würde,  
 dieweil sich dasselbige sonst fast allenthalben mit den Sachsischen  
 vergliche. Aliam adhuc notitiam de forma protestatio-  
 nis Saxonicae eidem MÜLLERO se debere fatetur KRES-  
 SIVS<sup>p)</sup>, quam communicauit his verbis: Belangent die  
 Protestationes wieder die Peinliche Haffs Gerichts- Ordnung, so  
 steht auf dem ersten Blatte der Acten Anno 1530. Von we-  
 gen der Chur - und Fürsten zu Sachsen ist protestirt worden  
 in diese Ordnung nicht anders zu gehelen, als dass sie den Säch-  
 sischen Rechten an den Enden, wo etwas in peinlichen Fällen  
 anders statutum unentbrüchlich sey. Ist verschoben bis uf den  
 nächsten Reichstag. Haec igitur cum satis edoceant, Electo-  
 rem atque Duces Saxoniae noluisse alia ratione in promulga-  
 tionem huius Carolinae Constitutionis de publicis iudiciis  
 consentire, quam Speculi Saxonici, cuius hic honorifica men-  
 tio in ipsis Comitiis Caesare et Statibus praesentibus facta  
 est, auctoritate illaesa, et saluis iis, quae in Saxonico Iure,  
 vbi locorum illud usum obtinuit, in criminalibus causis fecus-  
 ac communi Iure et Nemesis hac statuta sunt; manifestum  
 quoque simul est, Principes illos hoc modo patrium Ius  
 hand leuiter defensum ire voluisse. Nescio an adiiciam, etiam  
 luculentum huius rei testimonium esse supplices illas litteras,  
 quas

p) in cit. Praef. §. XXIX.



quas Augustus Saxoniae Elector Imperatori FERDINANDO I.  
in Comitiis Francofurtanis d. 1. Maii. Anno 1558. eo consilio obtulit, vt renouationem priuilegii de non appellando  
impertraret. In his enim quando dicit: *Zu dem Ew. Römisch-  
Kayserlichen Majestät wissentlich, dass das ganze Haus zu Sach-  
sen mit einem sonderlichen Rechte, welches man das Sächsische  
Recht nennet, von Römischen Kayfern und Königen, Ew. Rö-  
misch Kayserlichen Majestät Vorfahren, priuilegiert und begnadet.  
Nun ist solcher Sächsischen Rechte Verstand durch hergebrachte  
Gebräuche und langwürige Uebung in meiner Vorfahren, meiner  
Vettern und meinen Landen, der mehrentheils erkundet worden,  
derowegen auch solch Recht auswärtigen Gerichten und Virthels-  
fassern unbekannt ist:* quid aliud hisce verbis fecerit, quam hoc,  
vt Ius Saxonum aduersus legum peregrinarum irruptionem  
in tuto collocaret, ne forte sententiis exterorum iudicium, qui  
in pronunciando Iuris Communis placita sequebantur, do-  
mesticis institutis et patriis moribus neglectis ac susque de-  
que habitis, auctoritas illius euerteretur, et tantum non euil-  
lesceret. Singulare tandem etiam specimen protectionis Iu-  
ris Saxonici Auctor Fecialis Europaei<sup>9)</sup> scribit Electores Au-  
gustum et Georgium I. dedisse, illum quidem Constitutioni-  
bus editis, quarum multae genuinum Saxonum ius peregrini-  
nis institutis haud permixtum continent, atque fundatione  
Scabinatus, cui secundum illud posthabito extero iure iudi-  
care iniunctum, hunc vero Ordinatione Processus veteri pro-  
mulgata, quarum vtrarumque legum usus per omnes regio-  
nes, qua fines Saxonici Vicariatus patuerunt, se dilatauerit.  
Verum tamen liceat nobis hac occasione annotare, haud sa-  
tis accurate Auctorem Fecialis Europaei scripsisse, dum Au-  
gusto Electori fundationem Scabinatus tribuit. Neque enim  
dici

9) *Auctor des Europäischen Heroldi Tom. I. p. 258.*

dici potest, hunc Principem Scabinatum fundasse, quippe qui nihil aliud fecit, quam ut Scabinatus Lipsiensis aliquam mutationem susciperet. Nam cum diurna illa inter Ictos ex Italiae scholis in fora Germaniae arcessitos et domesticos Doctores alteratio, quorum illi quidem peregrinum ius, hi vero auitos mores propugnabant, etiam in Saxoniam penetrasset, et a Scabinis Saxonice potissimum pro auctoritate domesticarum legum saepenumero anticipi Marte ac dubio pugnatum esset, atque adeo tandem irae eo excreuissent, ut auctore RAVSCHERO Consule, quem DAVID. PEIFERVS<sup>r</sup>) inde MARIVM Lipsiensem vocat, e Curia et Scabinatu pelarentur, quicunque ad hoc tempus hostes iuris Saxonici inter Scabinos fuerant iuris Romani Doctores; illos Augustus Elector, Scabinatus Lipsiensis formam sapiente consilio immutans, haud ita multo post restituit. Septem enim voluit esse, qui de iure responderent, Scabinos, in his tres vrbis Consules et vnum Laicum, quibus tres adiecit utriusque iuris Doctores, breui post electionem tempore, quasi postliminio reuocatos. Plane autem errant VOGELIVS<sup>s</sup>) atque CHRIST. GOTTL. WABSTIVS<sup>t</sup>), qui AVGVSTVM Electorem Dohnensem Scabinatum cum Lipsiensi coniunxisse existimant, cum id potius a GEORGIO BARBATO factum sciamus. Nam quod SIMONEM PISTORIS Ordinarium Lipsiensem dicunt anno 1561. in responso apud HARTMANNVM PISTORIS<sup>u</sup>) Assessor. Scabinatus Dohnensis titulo adhuc fuisse insignem, id quidem nihil valet, si Scabinos Dohnenses

r) in Originib. Lipsiens. Lib. II. §.  
10. pag. 149. seq. cf. etiam CHRIST.  
THOMASIX annales testamento os-  
suum adiectos pag. 105.

s) in Annalib. Lipsi. p. 226.

t) in der historischen Nachricht von  
der Verfassung des Churfürstenthums  
Sachsen p. 292.

u) HARTM. PISTORIS quest.  
32. p. 149.

## D

ses post factam istam mutationem retinuisse originis sua*e* indicium dicamus, iisdemque adiungamus, quae de IOHANNE a S A A L H A V S E N Episcopo Misnenfi<sup>v)</sup>) litteris mandata legimus, quippe qui aliquo in loco G E O R G I O exprobrauit, quod is D o h n a m , quam feudi lege tenebat ab Episcopo, neglexerit, Scabinosque alio transtulerit. Agnatum quoque est ius illud Electoribus Saxoniae competens leges suas et consuetudines tuendi in ipsis adeo publicis documentis. Meminit enim illius F E R D I N A N D U S I . Imperator in litteris concessi, siue potius confirmati Serenissimo Electori Saxoniae Augusto Ao. 1559. de non appellando priuilegii, quae apud I O . L I M N A E V M <sup>w)</sup> leguntur, ita ut prorsus eadem verba illis inseri curaret, quibus Elector in supplici libello ad probandam suam Saxonici Iuris defensionem vsus erat. Refert praeterea etiam Auctor libelli memorialis a legato Ciuitatis Magdeburgensis Statibus Imperii Ao. 1653. d. 23. Decembr. Ratisbonae exhibiti,<sup>x)</sup> quo Ciuitas illa renouationem priuilegii, quod ab O T T O N E I . Imperatore Ao. 940. d. 7. Junii se accepisse gloriatur, et reliqua, quae ipsi Pacis Osnabrugensis sanctio Art. XI. §. 8. stipulata erat, petiit, Christophorum Zobelium celebrem Saxoniae Iuris Consultum Weichbildum Magdeburgense et Ius Prouinciale Saxonicum a se editum partim Electori Saxoniae, partim Alberto Archiepiscopo Magdeburgensi dedicasse, illumque expressim nomine Defensoris Iuris Saxonici appellasse. Enimvero id haud dubie non satis accurate commemorauit is, qui nomine dictae ciui-

v) SENF in Appendice histot. reformat, Stolpensis p. 27.

w) in Iur. Publ. Lib. III. cap. 10. §. 41.

x) cf. an gesamte Churfürsten und Stände der Stadt Magdeburgischen Ab-

geordneten anderwärriges Memoriale, dasjenige, was im Friedensschluß bemeldter Stadt zu gut verordnet ist, betreffend ap. LONDORPIVM Tom. VII. Auctor. Publ. Lib. VI. cap. 394. pag. 430.

civitatis hunc memorialem libellum exarauit. Nam primum quidem Christophorus Zobelius non Ius Provinciale Saxonum, sed potius Weichbildum Magdeburgense et Ius Feudale Saxonum, quod Ao. 1537, typis exprimi curauit, Alberto Moguntino Electori cum huius Ecclesiae tum Magdeburgensis Archiepiscopo, et huic quidem soli, neutiquam vero simul Saxoniae Electori dedicauit. Deinde quamquam duabus annis ante Iuris Provincialis Saxonici editio Lipsiae apparuerat, prima quidem illa inter Zobelianas, quam ipse in modo laudati Operis dedicatione Alberto Moguntino Electori inscripta, cui nomen suum Christophorus Zobel subiecit, disertis verbis tanquam suam agnouit, tamen cum illa suppresso editoris nomine Ao. 1535. et, quemadmodum G A E R T - N E R V S Y) nec non H E I N E C C I V S Z) obseruarunt, sine vlla dedicatione, neque alii neque Electori Saxoniae inscripta, prodierit; nec dici poterit, hunc Principem ab editore Zobello Defensoris Iuris Saxonici nomine appellatum fuisse. Iam quidem post mortem Zobelii, quam omnes ad annum 1559. referunt, Georgius Menius illius quondam disciplinae alumnus nouam Iuris Provincialis Saxonici editionem ad exemplar prioris Zobeliana fieri curauit anno 1560. coeptam, anno autem 1561. demum perfectam, eamque Augusto Electori Saxoniae dedicauit. Sed nec is editor nomini huius Principis fronti dedicationis praemisso titulum Defensoris Iuris Saxonici adposuit, licet in ipsa epistola dedicatoria rei ipsius mentionem aliquam fecerit inter caussas, quae ipsum ad editionem huius operis Electori inscribendam impulerint, etiam hanc commemorans, quod ad Principem illum tutela atque defensio Iuris Saxonici spe&et. Ait enim, vt verba

D 2

illius

y) in Praef. ad Spec. Saxon. §. II.

z) Histor. Iur. Lib. II. cap. 3. §. 76.

pag. 949.

illius hic apponam: *Iuris Saxonici patrocinium et iure tuo et publica Imperii constitutione non tam delatum, quam conseruatum unus tibi vindicas: abs te uno pendent omnia, quae quoquo modo ad eiusdem vel interpretationem vel confirmationem, omnemque adeo eius vel conseruationem vel immutationem facere videntur.* E quo quidem apparet, rem illam longe aliter se habere, quam quidem ab Auctore libelli memorialis modo laudati relata fuit.

## V.

*Causa huius defensionis non e Burggrauatu Magdeburgico repetenda.*

Sed fas etiam erit caussam scrutari, cur sit Serenissimi Saxoniae Electoris Ius Saxonum defendere atque custodire. **GIOVANNI c. l. ait**, sibi non liquere, vtrum priuilegio, an consuetudini hoc Saxo debeat. **HOMMELIVS<sup>2)</sup>** autem hanc Iuris Saxonici turelam Electoribus Saxoniae partim qua Comitiis Palatinis per Saxoniam, partim tanquam Burggrauis Magdeburgensis competere scribit. Nam quod in primis Burggrauum Magdeburgensem attinet, dicit, eum fuisse ab Imperatore Principis dignitate constitutum, vt esset praeses Scabinatus Magdeburgici, ac supremus adeo Iuris Saxonici defensor, atque interpres. Et sane Burggrauum Magdeburgicum dignitatem suam et munus Burggrauatus tanquam feudum Imperii principale et immediatum (*als ein unmittelbares Reichs-Fürstenlehn*) tenuisse, cuius possessores ab Imperatore Principis Imperii dignatione condecorati, et omni ab aeuo in censum eorum Principum relati erant, qui iure sedendi ac suffragandi in Comitiis gaudebant, tam certum est

2) c. l. s. V. pag. 7.

est, et a i o. c a s p. h o r n i o <sup>b)</sup> tot luculentis argumentis probatum, vt plane confidamus, l v d. p e t r. g i o v a n n i <sup>c)</sup> aliasque, quibus etiam i o. c h r i s t o p h. a d r e y - h a v p t <sup>d)</sup> se adiunxit, qui contendunt, Magdeburgenses Burggrauios munus Burggrauiatuſ ab Archiepiscopis Magdeburgensibus tanquam ſubfeudum recognouisse, eorumque Ecclesiae ſubuaſſallos fuſſe, hanc prorsus falſam ſententiam hiſtiorum accurate periti, neque ſtudio partium praeconceptarumque opinionum auctoritate penitus abreptis haud facile peruaſuros eſſe. Nec dubitationis quidquam habet, ad Burggrauium Magdeburgicum Scabinatus tum Magdeburgensis tum Hallensis praefidium atque cuſtodiam ſpectaſſe, et obſeruauit a d r e y h a v p t <sup>e)</sup>, illum initio officium hoc iſum praefentem, deinde vero ſequoribus temporibus per Vicarium obiuſſe. Cum enim Burggrauiorum munus in vniuerſum in exercendis potiſſimum iudiciiſ positum eſſet, praeferti poſtequam ſub finem ſeculi decimi et initium undecimi rei iudicariae et administrationi iuſtitiae cum in ciuilibus, tum maxime in criminalibus cauſiſ haec mutatio euenit, vt quam haſtenus iuriſ dicundi potestatem Comites habuerant, eam Imperatores Landgrauiiſ atque Burggrauiiſ demandarent, id quod h e n r. g o t t l. f r a n c k i v s <sup>f)</sup> obſeruauit, atque haec iſa Burggrauio Magdeburgico praeter aduocatiā et tuitionem Eccleſiae, iuriſ in cauſa tam ciuili, quam criminali, nomine et vice Caſaris, a quo conſtitutus eraſ, redendi facultas per vniuerſum quidem Archiepiscopatum com-

## D 3

pete-

b) *de Burggrauis Magdeburgicis ſes Tom. II. Part. Spec. Lib. 13. cap. I. §. 42. 44. 46. et 48.*

*§. 3. pag 46.*

c) *in German. Principe Lib. III. cap. 2. S. & I pag 102. nor. r) edit.*

*e) c. 1 Part. Spec. Lib. 13, cap. I. §. 2.*

d. a. 1711. 8.

*f) in der Vorrede zu J O H. K A M P RADS Leisnigker Chronich.*

peteret, sicuti loca Iuris Weichbildici Magdeburgensis art. 44.  
et 88. atque Glossator ad art. 47. nec non varia diplomata,  
quae iam HORNIVS <sup>g)</sup> laudavit, manifesto testantur: eam  
iurisdictionem vel ipse, vel si forte ad publicas causas vocatus  
esset, quod nonnunquam fieri solet, per Vicarium exercuit.  
Neque negandum est, in utroque Scabinatu cum in causis iu-  
dicandis eorum, qui Burggrauii iurisdictioni subiecti erant,  
tum etiam in iure reddendo et responsis dandis, quae saepe  
numero adeo ab exteris poscebantur ob summam, qua haec  
collegia florebant, existimationem etiam apud remotissimas  
gentes, ut iam HEINECCIVS <sup>h)</sup> et SILBERRADIVS <sup>i)</sup>  
probauerunt, secundum Saxonica iura potissimum pronuncia-  
tum, et tam Praesidem, quam Scabinos usq; harum dome-  
sticarum patriarchumque legum conseruando ac tuendo maxime  
intentos fuisse. Facile etiam largior, etiam penes Electores  
Saxonie non solum e domo Ascania ortos, ad quos Burg-  
grauiatus extinctis illis diuersis familiis, qui illum antea posse-  
derant, peruenit, sed et e Marchionum Misniae stirpe genus  
ducentes hanc dignitatem et munus cum ipso Electoratu na-  
atos, officium Praesidis in utroque Scabinatu tam Magdebur-  
gico quam Hallensi fuisse, cum IO. GOTTL. HORNIVS <sup>k)</sup>  
auctoritate documenti indubitatee fidei probauerit, Fridericum  
Bellicosum Marchionem Misniae, posteaquam mortuo, anno  
CCCCXXII. Alberto III. ultimo stirpis Ascaniae eius, quae  
Wittebergae in Saxonia superiori sedem fixerat, beneficio  
SIGISMUNDI Romanorum Regis cum Ducatu et Electo-  
ratu etiam Burggrauiatum Magdeburgicum, frustra quidem  
oblu-

<sup>g)</sup> c. 1. §. 32.  
<sup>h)</sup> Histor. Jur. Lib. II. cap. 3. <sup>k)</sup> in der Lebensbeschreibung Fri-  
§. 79. pag. 957. dricks des Streitbaren pag. 210. et pag.  
<sup>i)</sup> ad HEINECCIX. Histor. Jur. 917. vbi Num. 319, registratura co-  
e. 1. pag. 962. aera extat.

obliustante Erico Duce Lauenburgico, adeptus erat, ipsum  
 Halea, quo Ao. ccccxxvi. die Vincentii se contulerat,  
 coram statua Rolandina iudicio Comitum (*dem Grauen Gedinge*) praesidentem aliquot nouos Scabinos Imperii et suo  
 nomine introduxisse, atque Scultesio, quo vocabulo Vicar  
 ium appellare tum moris erat<sup>1)</sup>, et singulis Assessoribus  
 exercitium banni imperasse. Verum tamen caussam, cur  
 tutela atque defensio Iuris Saxonici potissimum ad Electorem  
 Saxoniae pertineat, e praesidio illo Scabinatum Magde  
 burgensis et Hallensis, quod penes Saxoniae Electores tanquam  
 Burggrauios Magdeburgicos fuit, haud repetendam statuerim,  
 eiusque rei rationes haud contemnendas mihi habere videor.  
 Primum enim maior omnino patrocinii illius, quo Electores  
 Saxoniae Ius Saxonicum tuiti sunt, amplitudo fuit, quam  
 quidem protectionis a Burggrauio Magdeburgico huic Iuri  
 praefitae, quippe cuius vis omnis vltra fines iurisdictionis,  
 qua ille praeditus erat, se haud extendit, sed eo tantum vs  
 que porrigebatur, quo usque illa iuris reddendi potestas pa  
 tuit. Nam eti nonnunquam alii etiam, quam qui Burggra  
 vii iurisdictioni suberant, atque adeo exteri prouocationibus  
 ad Magdeburgensem Scabinatum factis ius sibi reddi, et re  
 sponsa, ad quorum normam lites suas finirent, exhiberi po  
 stularunt, neutiquam tamen inde Burggrauii et Magdeburgen  
 sium Scabinorum iudicii potestatem quandam atque iurisdi  
 ctionem in exteris aliquis inferat. Rationem tantum con  
 filii ex libera voluntate expetendi habebant prouocationes  
 illae, quibus exterae gentes ad Scabinorum Magdeburgen  
 sium collegium certarunt, neutiquam vero huic in illas iurisdi  
 ctionem aut aliquam cogendi potestatem tribuere videban  
 tur. Sane enim, quae passim fuit iurium certorum penuria,  
 cum

1) ANDR. OCKELIUS de Palatio regio seu Scabinatu Hallensi thes. 75.

cum multis in locis pleraque adhuc arbitrio iudicum, vel saltem incertis consuetudinibus agerentur, nec non odium peregrinorum iurum, quae nec in Germania nata, nec ad mores et genium populi, aliarumque cum eodem quasi sanguinis necessitudine iunctarum gentium, adaptata erant, iuris a Scabinis Magdeburgensibus expediti usum multis gentibus quasi domesticum persuaserunt. Et nouimus adeo, multas gentes, quae diu ad hos Scabinatus prouocare solitae erant, postea, ne fortasse ex actu frequenter et diu sponte celebrato aliquando necessitatis cuiusdam species introduceretur, ab illis prouocationibus abstinere coepisse. Certe in Polonia illas prouocationes iam anno 1265.<sup>1)</sup> CASIMIRI III. Regis constitutione penitus prohibitas fuisse MARTIN. CROMERVS<sup>m)</sup>, MATTH. de MICHOVIA<sup>n)</sup> atque aliis memoriae prodiderunt. Silesiorum autem ad Scabinatum Magdeburgicum prouocationes a FERDINANDO I. anno 1548. sublatas SCHIFORDEGHHERVS<sup>o)</sup> et SAM. STRYCKIVS<sup>p)</sup> referunt. Et Lufatorum appellations ad Scabinatum Magdeburgicum ex hac ipsa ratione, quod Magdeburgenses iis spontaneis quidem, sed tamen frequentibus paullatim quandam iuris necessitatem affingere tentarent, a Regibus Bohemiae prohibitas esse LEVBERVS<sup>q)</sup> testatur. Deinde vel propterea caussam suscepiti ab Electore Saxoniae Iuris Saxonici patrocinii e praesidio illo Scabinatum Hallensis et Magdeburgici haud repetendam existimauerim, quod Electores Saxoniae non ipsi praesentes, sed per Vicarios illud officium subierunt, id quod potissimum statim ex eo tempore factum esse

m) de Origin. et reb. gest. Po-  
lono. Lib. XII. pag. 3n. edit. Basil.  
de ao. 1555.

n) in Chron. Lib. IV. cap. 19.

o) ad ANTON FABRVM Lib. I.  
tract. 30.

p) de iure Silesiorum Saxonico cap.  
t. f. n.

q) de Stapula Saxonica f. 650.

esse a DREYHAVPT<sup>r</sup>) animaduertit, quo ad Electores Saxonie e Domo Ascania ortos Burggrauiatu Magdeburgicus peruenit, cum inconueniens videretur, Electorem, qui in suis iudiciis praefidis personam haud sustineret, hoc munere in iudicio alienae vrbis defungi. Hac occasione non possum silentio praeterire, me non intelligere, quid GIOVANNI c. l. sibi velit, quando quidem asserit, Iuris Saxonici supremum tutorem ac defensorem Electorem Saxoniae esse, postea tamen in subiecta nota haec addit; „dubitandi ratio haec esse potest, quia Saxonica iura a Magdeburgico Scabinatu denominantur, nec quicquam (i. e. neutiquam) a Lipsiensi; immo vetus Codex Legum Saxoniarum, quem locum LV D VIG de suffragio Bohemico exhibuit, dicit, quod sua iura ipsi Lipsenses Saxoness, aliique petierint a Scabinis Magdeburgicis; quid? quod prouocationes e Polonia, Porussia, Bohemia, Liuonia Silesiaque factae sint Magdeburgum, non vero ad loca territorii Saxonie Electoris. Quodsi enim ex ratione hac ab ipso allata tutelam ac defensionem Iuris Saxonici Electori Saxonie fortassis in dubitationem vocare audeat, primum haud recordatus satis videtur fuisse eorum, quae paullo ante scripsérat, nimirum Electores Saxonie inde a Rudolpho I. Alberti II. filio Burggrauiatu Magdeburgicum tenuisse perpetuo iure, idque ius postea cum Saxonie Electoratu ad Misnenses-Marchiones migrasse, qui etiam eo officio constanter defuncti essent. Nam si hoc largitus fuerit, haud dubie nec poterit insiciari, hos Principes simul cum Burggrauiatu praesidium vtriusque Scabinatus tam Magdeburgici quam Hallensis habuisse, in quibus, vt modo diximus, secundum Saxonica iura pronunciatum, et a Praeside atqui Scabinis patriorum morum usus conseruatus fuit  
atque

r) c. l. Part. Special. Lib. 13. cap. I. §. 3.

=====

atque custoditus diligenter, nec potest inde, quod iura Saxonica a Magdeburgensi Scabinatu denominantur, neutquam vero a Lipsiensi, dubitandi rationem petere, Iuris Saxonici defensionem ad Electorem Saxoniae spectare. Deinde vero etiam causam, cur sit Elector Saxoniae Iuris Saxonici tutor e plane alio fundamento deducere videtur, quam e quo ea si rem penitus intuearis, proprie arcessenda venit.

## VI.

*Elector Saxoniae qua Comes Palatinus per Saxoniam, et qua  
Vicarius S. R. I. Iuris Saxonici tutor atque  
defensor est.*

Est autem fundamentum huius tutelae, vt nunc qualemcumque nostram sententiam aperiamus, non aliunde, quam a Vicariatu atque Comitiua Palatii repetendum. Neque enim aliam ob causam duo illa Sacri Romani Imperii munera alterum Vicarii, alterum Comitis Palatini Serenissimis Saxoniae Electoribus concedita esse videntur, quam vt Iuris Saxonici tutelam susciperent. Nam, vt de munere tantum Comitum Palatinorum primum dicamus, et si post tot scriptores, qui de Palatiis, Palatinatibus et Palatinis egerunt, ab HENR. MICH. GRIEBNERO<sup>s)</sup> CHRIST. CRVSIO<sup>t)</sup> et Celeberrimo nostro IOS. LVD. ERNEST. PÜTTMANNO<sup>u)</sup> magno munero laudatos, et quibus vnum tantum, qui nouissime de hoc arguento expositus, FRANC. FERDINAN-

s) in Diss. de iuribus Palatinatus 1759. 4. et in eius opusculis a c. A. Saxonici Duci Electori propriis f. 2. KLOTZIO Altenburgi 1767. editis.  
not. a) et b) in select. Opusc. Iur.

Publ. Tom. III. Sect. I.

t) in progr. de antiquitatibus Comitum Palatinorum valde restricta (Lipf. Witteberg. 1784. 4.) num. I.

u) in progr. de potestate Comitum Palatinorum valde restricta (Lipf. 1784. 4.) num. I.


DINANDVM A SCHROETTER<sup>v)</sup>) addere liceat, varia etiamnum tenebris obruta reperiuntur, atque in primis Palatinatum Palatinorumque historia tam dubia est, ut quot extiterint in Germania, quae singulorum rationes, initia, successiones, iura, fines atque mutationes fuerint, haud satis expeditum videatur, praesertim, si rem ab ultimis originibus repeatas, sed ea omnia clariorem adhuc lucem e veteris aeu monumentis et a cura doctissimorum virorum expectent; hoc tamen certum est, munus illud in eo constitisse, ut in palatiis, quae Imperatores et Reges in Germania per diuer-  
sas prouincias habuerunt, caussas ad principalem cognitionem deuolutas tractarent. Erant enim potissimum hoc consilio constituti, ut lites, quae Comitum inferiorum iurisdictionem excedebant, ad regium tribunal adductas, aut per prouocationem eo translatas secundum cuiuslibet populi iura dirimenterent. Iam vero cum in decidendis his litibus simul iura cuiuslibet populi ante oculos habere deberent, neque recedere ab iis in decernendo: haud obscurum est, illos Comites Palatinos quoque potissimum constitutos esse custodiendi iuris caussa, quo quisque Germaniae populus in sua prouincia vti solebat. Atque sic in ipsa Saxonia, quae prouincia, vti ius antiquum et consuetudines retinuerat, ita et proprios Palatii Comites<sup>w)</sup> habuit, eos, praeterquam quod ciuibus illius regionis ius redderent, oportuit simul operam dare, ut in pronunciando leges et mores ipsorum sequerentur, ne fortassis usus patrii iuris domesticorumque institutorum temporis tractu sensim evilesceret, sed potius omni tempore constantissime conseruaret ac defenderetur. Nec profecto

E 2

alio

v) von den Pfalzgrafen (Wien,  
1784. 8.)

w) cf. Ill. 10. THEOPH. SEGERI  
Diff. Notata de Comitibus Palatinis  
Saxonie.



alio consilio, quam Saxonici iuris tuendi ac defendendi causa constituta fuit Comitium Palatinatus Altstetensis, cuius conditorem et auctorem OTTONEM II. Imperatorem BERTIVS<sup>x)</sup> nobis indicauit, fortasse haud improbabili coniectura, cum Imperator ille, VRI CASP. SAGITTARIVS<sup>y)</sup>, IO. GEORG. LEVCKFELDVS<sup>z)</sup> et BILDERBECK<sup>a)</sup> memoriae prodiderunt, frequenter ibi locorum commorari solitus fuerit. Quemadmodum vero hoc Comitum Palatinorum Saxoniae munus, extintis Comitibus e familia Gosevensi et Sommersburgensi, qui illud antea gesserant, ad Landgrauios Thuringiae, et posteaquam horum stirps in Henrico An. MCCXLVII. exaruerat, cum Landgrauiatu ad Marchiones Misniae, atque his tandem Electoratu admotis, ad Serenissimos Saxoniae Electores peruenit, quandoquidem statim Fridericus Bellicosus vna de Ducatu et Palatinatu Saxoniae uestitus est, atque semper tam arce curia electoralii munere coniunctum fuit, ut vnum ab altero dinelli plane non posset: ita non potest non inde manifesto sequi, fundatum atque caussam, cur Saxoniae Elector Saxonici iuris custos, interpres ac defensor dicatur, haud incommode ab officio Comitis Palatini, quod simul sustinet, peti ac deriuari posse. Et quanquam BVRCH. GOTTHELF STRVVI<sup>b)</sup> Saxoniae Palatinatum omnibus Saxoniae Principibus vindicare conatus est, firmissimis tamen argumentis aduersus eum GRIEBNERVS<sup>c)</sup> euicit, illum semper electoralii officio ita soli

x) in Comment. Rer. Germ. Lib. II. cap. 2 pag. 306.

Staats P. V. Seft. 2. cap. I. p. 112.  
560.

y) in Antiquit. Altstetens. §. 6. seq.

b) in Diff. de Comitium Palatinatus

z) in Antiquit. Kelbranis Beichligen. g. Altstetensib. et Wallbusanis pag. 231. seq.

Saxon. Serenissimae Genzi Communi  
Ien. 1712. 4.

a) in Not. des Teutschbez. Reichs

c) in Diff. de iuribus Palatinatus  
Saxonici Duci Elestorri propriis §. 13.  
lit.

soli cohaesisse, vt ab eo seiungi ac separari nullatenus posset. Quam ipsam quidem ob rem merito etiam lineae Albertinae Palatinatus officium afferendum est, translato quippe Palatinatu cum ipso Electoratu in Mauritium eiusque successores, apud quos, restituta licet per transactionem Numburgensem Ioanni Friderico vrbe et praefectura Altstedenfi, etiam num perdurat, quicquid etiam STRVVIVS<sup>d)</sup> contra disputet, quem satis GRIEBNERVS<sup>e)</sup> confutauit. Quod autem deum Vicariam Electoris Saxonie vacante Imperio Rōmano Germanico attinet potestatem, clarissime innuunt verba constitutionis in AVREA BVLLA cap. V. §. 2. eodem iure Provisionis illustrem Ducem Saxonie — frui volumus in his locis, ubi Saxonica iura seruantur, eam Principi huic non alio consilio tributam esse, quam vt Iuris Saxonici, quoisque vsus illius pateret, patrocinium susciperet. Nam et si interpres quidam iuris Publici veluti IO. FRID. RHETIUS,<sup>f)</sup> HENR. COCCEII,<sup>g)</sup> IO. FRID. PFEFFINGERVS<sup>h)</sup> atque alii a GRIEBNERO<sup>i)</sup> laudati illa verba AVREAE BVL-LAE non ad loca, vbi ius Saxonicum viguit, retulerunt, neque negari potest, terras prisci Ducatus Saxonici potissimum huc spectare, partim quod leges Saxonie potissimum in Ducatu Saxonico valuerunt, partim quod Vicariatus Saxonius olim ad Ducatum Saxonicum imprimis pertinuit; obseruauit tamen

## E 3

GRIEB-

*lit. d)* in Opusc. Iur. Publ. Tom. III. *g)* Iurisprud. publ. cap. 16. num. 9.  
Sect. I. pag. 305.

*d) de Comit. Palat. Saxon. p. 32.*

*h) ad VITRIAR. Inst. Iur. Publ.*  
*Lib. I. tit. II. §. 6. litr. a)*

*e) c. I. §. 18. litt. c)*

*i) in Diss. de terris Iuris Saxon-  
ic. §. 24. litt. u) in Opusc. Iur. Publ.*  
*Tom. II. Sect. 3. p. 158.*

*f) Inst. Iur. Publ. Lib. I. tit. I.  
§. 8. pag. 187.*

=====

GRIEBNERVS<sup>k)</sup> ipsam vocum vim et temporum rationem videri postulare, ut statueremus, his verbis Imperatorem CAROLVM IV. ius illud prouisionis Duei Saxoniae non in sua solum ditione aut Prouincia confirmasse, sed interregium hoc ius ad omnem legum Saxoniarum usum constituisse. Quodsi enim Imperator CAROLVS IV. districtus tantum aut prouinciae et Ducatus rationem habuisset, omnino dixisset *in Saxonia*, aut *in iure Saxonico* prouisionem Ducis obtinere debere. Sed usurpauit hanc dictionem, *in illis locis ubi iura Saxonica seruantur*. Quae verba, nisi manifesto vim illis inferas, non possunt non ad omnem legum Saxoniarum usum referri. Ut taceam hanc interpretationem quoque non parum adiuuari Germanica versione, quae verba haec ita expressit: *an allen Städten, (Orthen) da Sächsische Rechte seynd.* Deinde haud congruit temporum rationi, verba AVREAE BVLLAE ad Ducatum Saxoniae tantum restringi, propterea quod hac aetate, quemadmodum Palatinus Vicarius ultra Franconiam se extendit, ita et Saxonis non amplius finibus solius Ducatus continebatur, sed extensis caeteris Ducatis et Vicariatis latius patuit. Et cum nonnullae etiam Prouinciae, quae olim Ducati Saxonico accesserant, illi iam iterum subtractae essent, aut certe laxiore nexu cohaererent, legibus tamien adhuc Saxonis vterentur: CAROLVS IV. Imperator eas haud dubie omnes ad Saxoniam prouisionem referre voluit, cunctasque illas terras, quae Saxonum ius seruant, in quocunque demum Ducatu sitae essent, Ducis Vicariati subiecit. Quemadmodum autem exinde ratio constituti Vicarius clarissime appetit: ita etiam hoc dudum 10. IAC. MASCO-  
VIVS

k) in Diff. cit. §. 24.

vivis<sup>1)</sup>) egregie agnouit, dum scribit: *Vt alter Vicarius in Saxonia constitueretur, id datum videtur suisse iuri Saxonico, quod Saxones, cum Carolo M. deditio[n]em facerent, sibi integrum seruauerant, cuiusque usum et a sequentibus Imperatoribus stipulati sibi fuerant.* Atque sic etiam merito confirmatur sententia nostra, qua caussam, cur custodia ac defensio Iuris Saxonici ad Electorem Saxoniae spectet, e Vicariatu repetendam statuimus.

1) *Princ. Iur. Publ. Lib. III. cap. VIII. §. 12.* edit. FRANCKII pag. 43.

---

### ERRATA.

- pag. 6 lin. 7 pro DITHMARAS lege DITHMARVS.  
 pag. 8 lin. 8 pro SILBERATHIUS lege SILBERRADIVS.  
 pag. 17 lin. 20 pro dum lege rum.  
 pag. 24 lin. 11 pro der lege des.
- 

PRAECLARISSIMO ATQUE DOCTISSIMO  
 VIRO  
**H E N R I C O      B L Ü M N E R O**  
 LIPSIENSIS

PHILOSOPHIAE DOCTORI ET BONARVM ARTIVM MAGISTRO

S. P. D.

P R A E S E S.

Cum disputandi consilium subito cepisses, atque simul in societatem huius certaminis me vocasses, ea in re tanto lubentius desiderio TVO obtemperandum esse duxi, quanto magis oportunam occasionem ipsum hoc negotium mihi suppeditabat TIBI officium aliquod humanitatis

prae-


QK Y 405

praestandi, quod quidem TV, si quisquam alius, iure optimo maxime  
e me videbaris exigere posse. Commis autem tutelae TVE libellum  
iam ante triennium in futuros academicos usus a me conscriptum, quem  
tamen vel ideo oportuit hactenus in scriniis meis latere, quod commoda  
eius in publicum edendi occasio mihi prorsus deesset, nec facile alia ra-  
tione, quam per modum academicae disputationis, quae simul pro cath-  
edra defendeleretur, eum euulgari velle. Haud parum vero insimul lae-  
tor, libellum hunc tandem defensorem noctum esse in TE, quo doctior  
quidem atque praefidiis litterarum omnibus magis instrutus ei conting-  
re haud potuisse. Nam qui vel nomen TVVM norunt, ii profecto nec  
ignorant, TE ingenii dexteritate prorsus singulari latineque dicendi fa-  
cultate eximia gaudere, iurisscientiae autem atque omnis omnino liberalis  
doctrinae eam cognitionem possidere, quae expectari et vero etiam po-  
stulari videtur ab illis posse, qui litteras non perfunditorie tantum ac le-  
viter, sed gnauiter et diligentissime tractauerunt. Gratulor TIBI ex animo  
felices illos progressus, quos in studiis litterarum fecisti, et plane mihi  
persuadeo, illum ipsum diem, quo partas doctrinae copias palam explicabis,  
TIBI admodum gloriosum esse futurum, atque laudes cunctorum,  
qui virtutem aestimare norunt, TIBI conciliaturum. Sed in primis etiam  
gratulandum esse censeo PATRI TWO, VIRO ILLVSTRI atque CONSUL-  
TISSIMO, qui, cum pro singulari, quo TE amplectitur, amore, nihil intermi-  
serit eorum, quae ad formandum ingenium TVVM atque TE optimis lit-  
teris insituendis pertinerent, nunc quidem tanto maiorem quoque de TE  
laetandi, et ex hoc TWO die voluptatem capiendi occasionem habebit, quanto  
luculentius simul perspiciet, TE talem factum esse, de quo in pos-  
terum optima quaque sperare ac sibi promittere possit. Opto vehementer,  
ut non solum prosperrima semper valetudine utaris, sed etiam mox  
praemia capias diligentia TVE quam maxime digna, in primis autem, ut  
in republica eum aliquando locum consequaris, qui TIBI sit admodum ho-  
norificus. Vale atque me hominem TVI amantissimum mutuo amore com-  
pletere. Scripsi in Lipsica Litterarum Vniuersitate ad d. XXX. Iunii  
A. C. N. cccccc

---

hic

B.I.G.



Cl. 166. 4  
ELECTOR SAXONIAE  
IVRIS SAXONICI DEFENSOR

V  
e  
405

EXERCITATIO

QVAM

ILLVSTRIS IVRIS CONSVLTORVM ORDINIS  
AVCTORITATE

P R A E S I D E

D. C H R I S T I A N O R A V

SUPREMAE CVRIAEC PROVINCIALIS ASSESSORE ET IVRIS PROFESSORE  
PVBLICO EXTRAORDINARIO

A. D. VII. IVLII A. C. CIOCCCLXXXV.

H. L. Q. C.

D E F E N D E T

H E N R I C V S B L V M N E R

LIPSIENSIS

PHILOSOPHIAE ET BONARVM ARTIVM MAGISTER

LIPSIAE

EX OFFICINA KLAVBARTHIA.

